UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Priuato martyre. Cap[itulum]. lxxviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

xvij. kalendas nouembris: vt ait ado in marty-
logio ex dictis hieronymi ſumpto.

¶ De ſancto Ambroſio confeſſore. Cap. lxxvi.

AMbroſiꝰ
alexādrinꝰ con
feſſor didymi
auditor apd ale
xādriā floruit.
Qui multa ſapientia pollens:
volumē de dogmatibꝰ multorū
verſuū aduerſus apollonium
ſcripſit. Cōmentarios quoqꝫ
in iob elegantes cōpoſuit. Et
tempore theodoſij iunioris apud prefatā vrbē
in domino quieuit. Hec hieronymus libro de
viris illuſtribus.

¶ De ſctō Herone epō ⁊ martyre. Cap. lxxvij.

HEro eps ⁊ martyr poſt beatū
ignatiū antiochenā
rexit eccleſiam: ſicut eidem ignatio
ad paſſionē pergenti fuerat diuini-
tus reuelatū: qui epiſcopus factus
vt magiſtri viam pius imitator ſequeretur: pro
cōmendato ſibi grege amator chriſti occubuit.
xvi. kalendas nouembris.

¶ De ſancto Priuato martyre. Cap. lxxviij.

PRiuatus martyr ſub ale
xādro impera
tore rome paſſus eſt: qui cum
eſſet miles plenus vlceribus
vidēs qualiter ſanctus calepo
dius preſbyter ⁊ martyr beato
caliſto pape in cuſtodia detento: nocte cum im
menſo lumine apparuit: ipm qꝫ blandis exhor-
tationibus cōfortauit: ad pedes caliſti proci-
dit: ⁊ pro ſanitate ſua inſtantius exorauit. Quē
dum caliſtus ſacro fonte perfunderet: ab om-
nibus vulneribus curauit: vt ſupra dictū eſt in
paſſione beati caliſti pape pridie idus octo-
bris. Quod audiens alexander imperator. et
poſt paſſionem caliſti priuatum teneri fecit: et
in chriſti confeſſione manentem: tam diu plum
batis cedi: donec deficeret: cuius corpus aſte-
rius preſbyter iuxta corpus beati caliſti ſepe-
liuit. xvi. kalendas nouembris.

¶ De ſancto Luca euangeliſta. Cap. lxxix.

LUcas e-
uangeliſta na
tiōe ſyrus ex
antiochia ciui
tate vnus fuit
ex ſeptuagintaduobus chriſti
diſcipulis: vt abbas dorotheꝰ
ſcribit: vel vt dicit hieronymꝰ
diſcipulus fuit apoſtolorum:
poſtea paulum ſecutus eſt vſqꝫ ad paſſionē ſer
uiens domino ſine crimine. Hic ſapiētia erudi-
tiſſimus grecis ſermonibus non ignarus: arte
medicus extitit: prius corporibus: deinde ani-
mabus preſtans medelā. Nam verba eius lan-
guentis anime ſunt medicina. ¶ Hic euāgeliū
ſicut audierat ſcripſit in grecia in partibus vi-
delꝫ achaie: theophilo epiſcopo diſcipulo ſuo:
cum iam ſcripta eſſent euāgelia per mattheum
in iudea litteris hebraicis: ⁊ per marcū in ita-
lia latinis. Hic tertiꝰ ſcripſit in grecia litteris
grecis. Qui etiā eodē greco ſermone actꝰ apo-
ſtolorum ſicut viderat ipſe compoſuit: quē plu-
rimiqꝫ tradūt fuiſſe proſelyton: ⁊ hebreas lras
ignoraſſe: eo ꝙ quicquid ſcripſit: greco ſmone
compoſuit. Euangeliū autē ſuū ipſe didicit ab
apoſtolis: ſicut ipe in ꝓlogo ſuo eidem teſtatur
theophilo. Cuꝫ em̄ non fuerit cū xpo in oībus
actibus ⁊ miraculis chriſti: ideo ſuū euangeliū
ſcripſit ſm quod apoſtoli: qui preſentes fuerāt
ipſi intimauerūt ⁊ retulerūt. Credit quoqꝫ ꝙ
ea que de incarnatiōe dn̄i ⁊ natiuitate ⁊ infan-
tia meminit: a beata virgine didicerit. Ideoqꝫ
predicta ſuper alios euāgeliſtas plenius ⁊ co-
pioſius explicauit. Nam ⁊ eidē dei genitrici fa
miliariſſimus extitit. Cuius euangeliū a pau-
lo mirabiliter approbatū eſt: quādo ad confir-
mationem dictoꝝ ſuoꝝ luce euangeliū adduce-
bat: vnde quidā ſuſpicati ſunt: ꝙ quādocunqꝫ
paulus in eplis ſuis dicit: ſm euangeliū meū:
de luce ſignificare volumine. ¶ Actibꝰ vō apo-
ſtolorum ipſe beatus euāgeliſta preſens fuit: ⁊
ea cūcta oculis ſuis proſpexit. Nam ⁊ tempore
paſſionis dn̄i iam chriſti diſcipulus eſſe cepe-
rat: quod patet ex eo: vt quidā tradūt: quia ipe
alius diſcipulus cū cleopha nominatim expſſo
fuerit: quibus dn̄s eūtibus in emaus die reſur
rectionis apparuit: ꝗ ex humilitate nomē ſuuꝫ
conticuit. Ipſoꝝ igitur actuū volumen vſqꝫ ad
quartū imperij neronis annū texēs hyſtoriam
in vrbe compilauit: vt eius tamen ſcripta indi-
cant pauli apoſtoli ſectator fuit: ⁊ omnis eiꝰ pe
grinationis comes indiuiduus. Nā et geſta ſo
lius pauli in actibus apoſtolicis proſequēs: cū
eidem volumini finem facit. ¶ Hic ab ineunte
pueritia caſtiſſimus fuit: ⁊ ſine crimine virgini-
tateꝫ mētis ⁊ corporis ſemp ſeruauit. Nā neqꝫ
vxorem neqꝫ filios habuit: ⁊ in opus euāgelice
predicationis iugiter laborauit. Crucis quoqꝫ
mortificationē vt tradit eccleſia: in ſuo corpore
pro noīs chriſti honore portauit: quia ⁊ carnem
ſuā mira penitētia afflixit. ¶ Fertur quoqꝫ ꝙ
lucas euāgeliſta artem pictoriam habuit: et in
ipſa ſolēnis operarius fuit. Nā ⁊ rome due ex-
tant imagines: vna chriſti in ſanctaſanctorum:
⁊ alia dei genitricis in eccleſia ſancte marie ma
ioris: per quas deus miracula retroactis tem-
poribus oſtēdit: quas lucas dicitur depinxiſſe:
formā vultus ſaluatoris ⁊ matris naturalē aſſi
milantes: ⁊ eas veraciter repſentantes. cōſtan
tinopoli etiā alia pictura beate vginis habet: